



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 63. Caput IX. De operibus Satisfactionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

narum : sicut nemo unquam catholi- Sæcul. XVI.
 cus sensit, ex hujusmodi nostris Sa- A.C. 1551.
 tisfactionibus vim meriti, & Satis-
 factionis Domini nostri Jesu Christi
 vel obscurari, vel aliqua ex parte im-
 minui: quod dum Novatores intelli-
 gere volunt, ita optimam pœniten-
 tiam novam vitam esse docent, ut
 omnem Satisfactionis vim, & usum
 tollant.

§. LXIII.

CAPUT IX.

De operibus Satisfactionis.

Docet præterea, tantam esse divi-
 næ munificentiae largitatem, ut
 non solum pœnis sponte a nobis pro
 vindicando peccato susceptis, aut Sa-
 cerdotis arbitrio pro mensura delicti
 impositis, sed etiam (quod maximum
 amoris argumentum est) temporali-
 bus flagellis a Deo inflictis, & a nobis
 patienter toleratis, apud Deum Pa-
 trem per Christum Jesum satisfacere
 valeamus.

§. LXIV.

CAPUT X.

De Sacramento extremæ Unctionis.

Cum hæc capita essent absoluta, re-
 citabatur decretum de Sacramen-
 to extremæ unctionis, tribus capitibus
 com-